

lis est, omni uitio perpetrando aptissimus sit. Sicut. n. q̄
 corporales oculos amisit, male se ab hostibus tuet, qm̄
 illorū iacula, a quibus cauere illum oporteret, uidere nō
 pōt, ita q̄ fidem Catholicam, quę oculus est mentis nr̄e,
 dereliquit a dēmonis tentationibus liberari non potest.
 qm̄ sine fide hostes inuisibiles, illorumq; iacula nō uidē
 tur, & ideo non cauentur. Hac de causa dēmones impē
 se laborant a fidehbus Catholicis hos oculos eruere, ut
 eo facilius illorū aīabus nocere possint, quominus ipsi
 cogniti fuerint. Samsonē post erutos oculos, Philisthīm
 uinctū catenis duxerunt, & clausum in carcere mole-
 re fecerunt, sic dēmones postquam oculos mentis, hoc
 est, fidē ab aliquo abstulerunt, uinctum illum detinent,
 & per oīum peccatorū circuitum illum deuolui cogūt,
 Nam fide ablata, mutua inter pximos charitas euane-
 scit: uinculum pacis dissoluitur: concordia scinditur: ui-
 lia hæc, & caduca supra illorū meritū æstimantur. De
 uilescit, & non (ut decet) colitur: omnis deniq; religio
 prophanatur, omnisq; pietas perit. Vnde Felix Papa, et
 martyr in epistola ad Paternum Episcopum ita ait. Hæ
 resis quippe est nimis impia, & Euangelicę ueritatis ini-
 mica, quæ non portionem aliquā lædere: sed ipsa Chri-
 stianę religionis conatur fundamenta conuellere. Quo
 scunq; n. rapit ad se, non solum in hoc uitium: sed in mul-
 ta alia uitia ruere facit, & ipso suadere antiquo hoste nō
 solum persecutores ecclesię: sed etiam sacerdotum eius
 fiunt. Hæc ille. Verum hic aliquis fortasse dubitabit, &
 merito, an hæresis sit grauius schismate peccatum: dubi-
 tandi aut causa hæc est qđ schisma multo grauius a deo
 fuisse punitum legimus. Sed hoc nō obstāte nos dicim⁹
 hæresim multo peiorem esse, quam schisma: qm̄ iuxta re-
 gulam beati Augustini, tanto aliquod malum est peius,
 quāto maiori bono opponitur. At hæresis est contra pri-
 mā ueritatem, quæ Deus est. Schisma uero & si dicatur
 esse contra charitatē, non tñ contra illam charitatis pat-
 tem, quæ Deum respicit: sed contra illam, quę circa pro-

Ind. 10

Felix
Papa,Hæresis
an sit graui-
us peccatum
uoluntate.